

D. ALPHONSI  
DE GUZMAN  
DE  
EVICITIONIBUS.

D. ALPHONSI  
DE GUZMAN.  
GENZOR, I.C. HISPANI

In Suprema Curia Madritensi Advocati,

TRACTATUS  
DE EVICTIONIBUS,  
IN QUO

QUÆSTIONUM PRACTICARUM  
UTRIUSQUE FORI ECCLESIASTICI ET SECULARIS  
*Resolutiones omnemque ejusdem Curia praxim cernere licet.*

NUNC PRIMUM TYPIS LUGDUNENSIBUS PRODIT,  
*inaumentis propè mendis expurgatus.*



LUGDUNI,

Sumptibus JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.


M. DC. LXXVI.

CUM PERMISSU SUPERIORUM



# I N D E X Q U Æ S T I O N U M,

Quæ in hoc Tractatu de Evictionibus  
continentur.

<p>Q U Æ S T . I .  U I D sit evic- tio. pag. 3</p> <p>1. Quotuplex sit evictio? 6</p> <p>3. Utrum fidejussor evictionis, si diu steterit in obligatione, poterit petere se eximi ab evictionis ob- ligatione? 12</p> <p>4. Ut emptor agere possit de evic- tione, quæ intervenire debeant? 18</p> <p>5. In quibus casibus non sit necessa- ria denunciatio? 31</p> <p>6. An venditor denunciatus ab empto- re teneatur defendere emptorem coram suo Judice, vel coram Judice emptoris? 41</p> <p>7. An Clericus laudatus, et nomi- natus in judicio evictionis possit forum declinare? 46</p> <p>8. An fiscus venditor revocet causam ad suum Judicem? 52</p> <p>9. An nuncio referenti se citasse ven- ditorem credendum sit? 57</p> <p>10. An fidejussor evictionis ex perso- na principalis possit forum de- clinare? 61</p> <p>11. An evictionis actio comperat sin- gulari successori contra autho- rem auctoris? 66</p> <p>12. An in denunciando tempus ser- vandam sit? 74</p>	<p>13. An obligatus de evictione ad quæ teneatur, facta denunciatio- ne? 75</p> <p>14. An talis conventio valeat, ut de omnibus expensis, et damnis, stetur simplici verbo, vel jura- mento emptoris? 87</p> <p>15. Quando res dicatur evicta, ut emptor agere possit de evictio- ne? 90</p> <p>16. An sententia lata contra empto- rem in casu evictionis, execu- tioni mandari debeat contra ven- ditorem necessariam illius litis de- fensorem? 99</p> <p>17. An venditor offerens emptori rem aequè bonam loco rei evictæ liberetur? 100</p> <p>18. An venditor volens ex pacto rem redimere, debeat tantum pre- tium offerre, an verò etiam de- ponere? 102</p> <p>19. An quando consanguineus retra- hit ab emptore, venditor teneatur de evictione? 106</p> <p>20. Si emptor fecerit aliqua meliora- menta in re evicta, an illi re- cuperare possit? 108</p> <p>21. An emptor faciat fructus suos perceptos? 114</p> <p>22. An venditor condemnatus ob pe- cunia penuriam, cogere possit empto-</p>
---	---



D. ALPHONSI  
DE GUZMAN  
GENZOR, J. C. HISPANI  
TRACTATUS,  
DE EVICTIONIBUS.

S U M M A R I U M.

- 1 Qui scribunt aliquod opus debent nominare eos, qui prius eandem materiam tractaverunt.
- 2 Ingenuitatis est nominare non solum Praeceptores, verum etiam S. Patres.
- 3 Cicero, & Quintilianus nominaverunt eos, qui de Arte scripserunt, & plurimi Auctores idem fecerunt.
- 4 Guilielmus Durandus, & Joannes Andr. & alii plurimi Doctores mentionem fecerunt de Auctoribus, qui ante ipsos scripserunt.
- 5 Comae faciendum in via pro vehiculo est.
- 6 Auctor, qui de hac materia scripsit, tum in lectura, quam in consilio, vidit Auctor summa diligentia, & studio.
- 7 Tractatus iste de Evictionibus, omnem evictionis materiam continet.
- 8 Quia sic agendum (repleat sibi Auctor) cum hodie nihil dicatur, quod non sit prius dictum.
- 9 Auctor imitatur omnes praestitit Doctores.
- 10 Auctor est ultimus, & singularis, qui latè, & copiose de hac materia Evictionis scripsit.
- 11 Auctor est Advocatus in Suprema Curia Regia Madritensi.
- 12 Evictionis nomen inde sumptum.
- 13 Evincere idem est, quod vincendo extorquere.
- 14 Validissimum testimonium videtur sua quocumque fides.
- 15 Fides ab eo sic appellata, ut fiat quod dictum est.
- 16 Fallex fides data pro facto est.
- 17 Evictio propter bonum publicum introducta videtur.
- 18 Evictio ex parte agentis est remedium sacrosanctum.
- 19 Evictio est proinde remedium, & seq.
- 20 Allio, quae nascitur ex evictione, appellatur Allio ex empto.
- 21 Praescriptio currere incipit de evictione, cum res evicta est.

22 Cunctis praestita pro evictione, nuncupatur pro stipulatio.

**S**OLENT Boni Scriptores, qui aliquod Opus componendum suscipiunt, initio operis eos Auctores recitare, qui prius eandem materiam tractaverunt: quod quidem aliquando factum sit consuetudinis studio, dum Juniores suis inventionibus faventes volunt videri senioribus meliores esse. Hoc ipsum tamen secunda aetate quaedam non ingenuitate historice cognitionem, quae lectorem non solum allicit, verum etiam plena instructione delectat. Propterea sicut passim dicitur, ingenii pudoris esse probiter per quos profeceris; ita nihil non integrata ingenuitatis species videtur esse, honorifica recordatione eos celebrare, quae quis tanti esse putavit, ut digni aemulatione haberentur. Sic fecisse legimus Justinianum Imperatorem, in l. 2. C. de veteri jure tractando, sibi: *Tanta a nobis habita est reverentia antiquitati, ut nomina Praedecessorum taciturnitati nullo modo tradere putamur, sed ambiguntur eorum qui Auctor legitur fuit, in nostris Digestis inscriptus est.* Et Cicero in Brutum, & Quintilian. lib. 3. de Oratore hoc quidem fecerunt, Torquatus; & Varro, qui appellatus est omnium Romanorum doctissimus: tradit etiam Divus Augustinus lib. 6. de Civitate Dei, cap. 11. & inter Medicos. Dioscorides, & Galenus in lib. de diffinit. medic. (omnibus aliis Scripturibus excipimus inter nosse sequenti sunt Guilielmus Durandus in proem. specul. nov. 14. Immol. & Zabarell. in proemio lib. 5. & plures alii, quos si vellem sigillatim nuncupare, nimis prolixam facere orationem. Horum igitur vestigia sequens, Evictionis materiam tractaturus, non gravabor eos Auctores videlicet illustres commemorare, qui de materia ad evictionem pertinentem ante